

sed ut scribitur lxxij. d. c. error non caret scrupulo societatis de causa qui non
manifeste facinori desunt obviare hinc ergo paganorum prope tollerare non de
bet cum possit eis obviare. **P**ropter peccatum ydolatrie et peccatum commissum contra legem
dei fortius est quam peccatum commissum contra legem nature. hinc peccata commissum contra le
gem nature deducta in publicum statim prope punienda sunt ut supradictum est.
ergo similiter peccatum ydolatrie et alias superstitiones paganorum prope non debet tol
lerare sed statim punire. **I**n contrarium est quod prope est vicarius dei sed deus multa
mala tollerare in peccatis que in futuro pro eius iusticia punietur. ut dicit aug
ergo eodem modo prope debet tollerare. **R**espondendum quod secundum gratiam in parte. etiam quod si
quinqz modis debet se habere in correctione viciorum. Primo pro dissimulatione
Secundo pro maturam tolleracionem Tercio pro subtilem investigationem Quarto
pro dura increpationem Quinto pro omnimoda exterminacionem. **I**mitatur enim
iudicium dei qui multa mala in peccatis dissimulat Multa mature tollerare. multa
subtili investigatione ad lucem deducit Multa vero duris flagellis for
titer increpat Multa vero omnimode exterminat. Unde si prope videat conuer
sacionem paganorum prodesse fidelibus vel prope conversionem vel prope christianorum dissidij
et aliorum malorum vitacionem potest et debet eorum ritum et superstitionem tollerare
alias debet omnino vitare potissime nunc iam fidelibus multiplicatis non ex
pedit ritum paganorum et aliorum infidelium cum fide christiana admisceri. **A**d pri
mum ergo est dicendum quod superstitionem paganorum non est consentiendum sed est ali
quando dissimulandum vel sapienter tollerandum. quia aliqua forte maiora mala
fierent prope exterminacionem Et aliqua forte maiora bona impediretur
propter que duo multa mala deus permittit in uniuerso fieri que prohibere pos
set Et pro hoc patet solutio ad secundum et tertium

Questio xxxij. **D**e obedientia iudeorum.

Deinde considerandum est de obedientia iudeorum. Circa quod querunt de
terem. Primo Utrum prope debet iudeos cogere ad suscipiendum fidem. De
cundo Utrum prope debeat iudeos cogere ad dimittendum iudaismum. Ter
cio Utrum prope iudeorum filios eis inuitis debeat facere baptizari. Quarto Utrum
prope debeat iudeos cogere ad laborandum manibus. Quinto Utrum prope debeat
iudeos priuari omni administratione officiorum super christianos Sexto Utrum
prope debeat iudeos priuari ut nullum dominium super christianos habeant Septimo
Utrum prope debeat punire christianos cum iudeis conuersari Octauo Utrum prope de
beat iudeos punire pena spirituali qua christianos punire. Nonno Utrum prope de
beat punire iudeorum oblationes et elemosinas recipi a fidelibus Decimo
Utrum papa debeat punire prope christianos principes aliquas exactiones
in iudeos fieri.

Ad primum sic procedit. Videtur enim quod prope non debeat cogere iudeos ad fi
dem suscipiendam. quia nemo cogendus est ad illud quod inutiliter cogit